

rum, gravi auditu. Oculis in fluxione illorum, pforâ palpebrarum, aliisq; ophthalmicis morbis; Naribus in hystericâ passione, Epilepsiâ Apoplexiâ, electis ratione diversitatis morborum diversis & convenientibus pro suffitu remediis. Reliqua cum machinis nostris tentanda, viris in arte versatis relinquimus, haud dubitantes, quin ex illarum usu non contemnendam utilitatem capturi sint. Et sic ad vos redierunt *Viri Illustrissimi* quæ vestra fuisse nemo inficias ibit, melioritamen facie donata & experimentis haud contemnedis aucta esse, judicabit candor vester & reliquus eruditus orbis. Quam licet faciem & vestra jam opera elegantiolem acceperit rudis ille & sordidus barbariæ foetus, inventis celebrioribus quoque aliquid utile addi posse unice arbitror ad scientiarum omnium augmentum facere. Accipite ergo *Viri Illustrissimi* vestra nostris juncta, tribuite hoc affectui erga *Excellentissimam Vestram Societatem* quem hodie omnis testatur eruditorum numerus, & quamvis indies ad Vos veniant nostris elegantiora, non tamen diffido & nostros quoque conatus à Vobis probari, ut desint vires. Quod ubi audiero, habebò unde gaudeam. His itaq; Valet.

B 3

Tabu-